

Caesar, de bello Gallico, I, 25

1 Caesar
2 primum suo (equo), deinde omnium ex conspectu remotis equis,
3 ut
4 aequato omnium periculo
5 spem fugae tolleret,
6 cohortatus suos
7 proelium commisit.
8 Milites
9 e loco superiore pilis missis
10 facile hostium phalangem perfregerunt.
11 Ea disiecta
12 gladiis destrictis
13 in eos impetum fecerunt.
14 Gallis magno ad pugnam erat impedimento,
15 quod
16 pluribus eorum scutis uno ictu pilorum transfixis et conligatis,
17 cum ferrum se inflexisset,
18 neque evellere neque
19 sinistra impedita
20 satis commode pugnare poterant,
21 multi ut
22 diu iactato bracchio
23 praeoptarent scuta e manu emittere et nudo corpore pugnare.
24 Tandem
25 vulneribus defessi
26 et pedem referre et,
27 quod mons suberat circiter mille passuum,

Raum für Notizen

28 eo se recipere coeperunt.
29 Capto monte et nostris succendentibus
30 Boii et Tulingi,
31 qui hominibus milibus circiter XV agmen hostium claudebant
32 et novissimis praesidio erant,
33 ex itinere nostros latere aperto adgressi
34 circumvenire (cooperunt)
35 et id conspicati Helvetii,
36 qui in montem sese repererant,
37 rursus instare et proelium redintegrare cooperunt.
38 Romani conversa signa bipertito intulerunt:
39 prima et secunda acies,
40 ut victis ac summotis resisteret,
41 tertia,
42 ut venientes sustineret.